

CROCUS MARTIS APERITIVUS.

Vide sub

REGULO ANTIMONII MARTIALI.

CROCUS METALLORUM.

Vide

HEPAR ANTIMONII.

DIAGRYDIUM PRÆPARATUM.

Est Scammonium in subtilissimum pulverem  
redactum.

Hic pulvis, dum in usum vocatur, cum  
Amygda dulci, aut Pini nucleo subigi solet.

ELÆOSACCHARUM AURANTIO-

RUM & CITRI.

Fiunt atterendo saccharum albissimum ad Po-  
ma integra Aurantia vel Citrea, donec olei  
essentialis corticum sapore & odore bene im-  
butum sit.

Reliqua omnia Elæosacchara ex tempore  
confici possunt sequenti proportione: sumitur  
sacchari pulverati albissimi dr. j. & terendo in  
mortario marmoreo instillantur sensim duæ vel  
tres

viii

tres guttæ cujusdam *olei essentialis* v. g. *anisi* &c.  
ut fiat *Elæosaccharum*.

## ELECTUARIUM ANTIFEBRILE.

R. Conservæ Cochleariæ.

Trifolii fibrini.

Pulveris Corticis Peruviani partes æquales.

Syrupi Fumariæ quantum sufficit ut fiat  
Electuarium.

## (\*) ELECTUARIUM CATHARCTI-

CUM REGIUM.

R. Confectionis Kermesinæ dr. vj.

Resinæ Scammonii pinearum scrupulis duo-  
bus subactæ unc. β.

Conservæ Florum Tunicæ dr. vj.

Cremoris Tartari dr. ii.

Misceantur omnia optime, ut fiat Electua-  
rium.

## (\*) ELECTUARIUM

*five*

### CONFECTIO HYACINTHINA.

R. Pulveris specierum hyacinthinarum unc. j.

Sy-

Syrupi Acetositatis Citri unc. ij. vel q. s.  
Ut fiat Electuarium ex tempore, si requiri-  
ritur, conficiendum.

## (\*) ELECTUARIUM

five

## CONFECTIO KERMESINA

vulgo

## ALKERMES.

R. Coccinellæ in subtilem pulverem redactæ  
dr. jj.

Tere in mortario vitro adfundend o pauxil-  
lum aquæ Rosarum, ut fiat puls mollis, ad-  
dendoque sub ipsa tritura.

Salis Tartari gr. viij.

His bene unitis adjice

Pulveris Aluminis crudi gr. viij.

Terantur adhuc parumper, dein admisce  
Olei Cinnamomi cum unc. jj. sacchari triti  
scrup. j.

Pulveris Coralliorum rubrorum unc. j.

Santali citrini unc. β.

Syrupi Kermesini libr. j.

Omnibus optime subactis confectionem serva.

ELE-

## ELECTUARIUM DENTIFRICIUM.

R. Pulveris dentifricii rubri unc. j.  
Mellis Rosarum unc. ij. vel. q. f.  
Ut fiat commiscendo Electuarium.

## ELECTUARIUM DIASCORDION.

R. Florum Rosarum rubrarum.  
Boli Armenæ ana unc. ij.  
Herbæ Scordii dr. x.  
Dictamni cretici.  
Cinnamomi ana dr. vj.  
Gummi Arabici.  
Styracis calamitæ.  
Radicis Tormentillæ.  
Acetosæ.  
Gentianæ ana unc. β.  
Piperis longi.  
Zingiberis ana dr. jj.  
Opii puri dr. iβ.  
Mellis libr. iij.  
Opium in Vino solutum cum melle subi-  
gatur, reliquæ dein species in pulverem reda-  
ctæ admisceantur, ut fiat Electuarium.

ELE-

ELECTUARIUM HIERÆ PICRÆ.

R. Specierum Hieræ picræ unc. j.

Mellis despumati unc. iij.

Misce in Electuarium ex tempore parandum.

ELECTUARIUM INFANTUM

*f e u*

REQUIES NICOLAI.

R. Pulveris ad Tussim unc. iij.

Infantum absorbentis unc. ii.

Conservæ florum Papaveris rhœados  
unc. j.

Syrup. Diacodii q. f.

Misce, fiat Electuarium.

ELECTUARIUM LENITIVUM

*f i v e*

TAMARINDORUM.

R. Pulpæ Tamarindorum.

Prunorum ana libr. 13.

Roob sambuci libr. j.

Pul-

Pulveris Foliorum sennæ unc. vj.

Cremoris Tartari unc. iv.

Mellis purissimi q. s. ut fiat Electuarium.

### ELECTUARIUM PECTORALE.

R. Pulveris succi liquiritiae inspissati.  
Seminis Anisi.

Fœniculi ana unc. j.  
Conservæ Hederæ terrestris.

Veronicæ.

Florum Papaveris erratici ana  
unc. iv.

Syrupi de Hyssopo q. s.  
Misce ut fiat Electuarium molliusculum.

### ELECTUARIUM PURGANS,

*siue*

#### HYDRAGOGUM.

R. Roob Sambuci.

Ebuli.

Juniperi ana unc. iv.  
Pulveris radicis Jalapæ.

Tartari vitriolati ana unc. iβ.  
Syrupi de Spina cervina q. s.

Ut

Ut omnibus bene committi fiat Electuarium.

ELECTUARIUM

*se u*

THERIACA ANDROMACHI.

R. Foliorum Scordii libr. i<sup>3</sup>.

Marrubii albi.

Calaminthæ montanæ.

Chamæpityos ana unc. viij.

Rosmarini unc. vj.

Chamædryos.

Centaurii minoris cum floribus  
ana unc. iv.

Majoranæ.

Mari veri ana unc. ij.

Florum Rosarum rubrarum libr. i<sup>3</sup>.

Lavandulæ unc. x.

Hyperici unc. vj.

Radicis Dictamni albi.

Scillæ ana libr. ii.

Ireos florentinæ.

Caryophyllatæ ana libr. j.

Spicæ celticæ unc. viij.

Rhabarbari.

K

Zin-

- Zingiberis ana libr.  $\beta.$   
 Calami aromatici.  
 Phu pontici ana unc. v.  
 Angelicæ.  
 Gentianæ ana unc. iv.  
 Aristolochiæ rotundæ veræ unc. ij.  
 Afari unc. j.  
 Corticis Winteranæ libr. i $\beta.$   
 Agarici albi.  
 Seminum Napi ana libr. j.  
 Amomi.  
 Cardamomi minoris ana unc. viij.  
 Petroselini.  
 Anisi.  
 Fœniculi.  
 Ammios.  
 Thlaspi ana libr.  $\beta.$   
 Dauci cretici unc. iv.  
 Cinnamomi.  
 Piperis longi ana libr. ij.  
 Nigri libr. j.  
 Croci.  
 Myrrhæ.  
 Olibani.  
 Gummi arabici.  
 Boli arménæ ana unc. vj.

Sty-

Styracis in granis unc. iv.

Succini unc. iiij.

Gastorei unc. ii.

Omnes hæ species in pulverem redactæ serventur.

R. Opii libr. ii.

Succi Liquiritiæ inspissati libr. j.

Hypocistidis.

Acaciæ veræ.

Gummi Sagapeni ana unc. iv.

Opopanacis.

Galbani ana unc. ii.

In sufficiente quantitate vini optimi solutis,  
& ad mellis consistentiam inspissatis admisce

Opobalsami libr. j.

Terebinthinæ unc. viij.

Mellis libr. cxvj.

Tandem successive & sub continua mistione  
pulverem superius descriptum, ne tamen gru-  
mosus incidat, per cribrum insperge, ac pro  
faciliore specierum commixtione adfunde per  
intervalla portionem sufficientem Vini optimi;  
ut ita sub diuturna & strenua agitatione om-  
nia perfecte uniantur in Electuarium æqualis  
consistentiæ, per annum integrum in vase ca-  
paci, ut debite fermentare possit, asservandum,

sæpiusque hoc temporis spatio lignea spatha agitandum.

### ELECTUARIUM

*se u*

### THERIACA DIATESSARON.

R. Pulveris radicis Gentianæ.

Aristolochiæ rotundæ  
veræ.

Baccarum Lauri

Juniperi.

Myrrhæ ana unc. ii.

Mellis despumati libr. ii.

Misceantur, ut fiat Electuarium.

### ELIXIRIUM ASTHMATICUM

*se u*

### PECTORALE DULCE.

R. Spiritus aromatici libr. j.

Salis ammoniaci anisati libr.  $\beta$ .

Succi inspissati Liquiritiæ unc. iij.

Digere ad solutionem succi, & serva in vitro exacte clauso.

ELI-

ELIXIRIUM PROPRIETATIS

DULCE.

- R. Tincturæ Aloës.  
Essentiaæ Myrrhæ ana unc. vij.  
Croci unc. iiij.

Misce, & ferva.

Si unciis singulis hujus Elixirii addideris  
Spiritus Sulphuris seu Vitrioli gtt. x,  
habebis

ELIXIRIUM PROPRIETATIS

cum Acidō.

ELIXIRIUM SALUTIS.

- R. Foliorum Sennæ unc. ii.  
Radicis Enulæ.  
Liquiritiae.  
Rhabarbari.  
Ligni Sassafras.  
Semimum Anisi.  
Carvi.  
Coriandri ana unc. j.  
Passularum majorum unc. iv.  
Salis Tartari dr. ii.  
Spiritus Vini libr. iii.

K 3

Per-

Peracta debita digestione filtretur Elixirum, & servetur.

## ELIXIRIUM STOMACHICUM

### TEMPERATUM.

℞. Extracti Absinthii.

Centaurii minoris.

Cardui benedicti.

Gentianæ.

Salis Tartari ana unc. j.

Flavedinis Corticum Aurantiorum amarorum unc. iv.

Incifis adfundantur

Vini generosi libr. iv.

Stent per noctem in infusione calida, facta  
dein forti expressione servetur Elixirum rite  
filtratum.

## ELIXIRIUM VITRIOLI.

℞. Radicis Galangæ unc. iʒ.

Calami aromatici unc. j.

Herbæ Menthæ crispæ.

Salviæ ana unc. β.

Cinnamomi.

Caryophyllorum.

Zin-

Zingiberis ana dr. iii.

Nucis Moschatæ.

Cubebarum.

Corticu[m] Citri ana dr. ii.

Omnibus grosso modo contusis & permistis  
addantur

Sacchari albi unc. iii.

Dein adfundantur duo Spiritus sequentes  
antea commisti, scilicet:

Spiritus Vitrioli unc. iii.

Vini libr. ii.

Et stent in digestione per octiduum, ut  
extrahatur Elixirium, quod filtratum servetur.

### EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

R. Olei Olivarum libr. iii.

Calefactis injice

Cerussæ albæ pulveratæ libr. vij.

Coque modico igne, sub agitatione con-  
tinua instillando subinde portionem aquæ, ne  
humidum deficiat, donec debitam emplastri  
consistentiam acquirat, simulque albedo per-  
fistat.

### EMPLASTRUM DE CICUTA.

R. Gummi Ammoniaci unc. iii.

K 4

Sol-

Solve in sufficienti quantitate Aceti.

Solutio*n* admisce

Succi Cicutæ ex tota planta expressi  
libr. j.

Inspissa ad consistentiam Extracti liquidioris.

Dein

℞. Ceræ flavæ libr. ij.

Olei Olivarum unc. viij.

Leni calore solutis admisce supra memo-  
ratam massam, &

Pulveris Herbæ Cicutæ libr. β.

Ut uniantur in Emplastrum.

### EMPLASTRUM CITRINUM.

℞. Terebinthinæ libr. j.

Resinæ Pini libr. iβ.

Ceræ citrinæ libr. iij.

Ad ignem liquata effundantur in capsulam  
chartaceam oleo illinitam, in tabulas scin-  
denda.

### EMPLASTRUM DEFENSIVUM

#### RUBRUM.

℞. Olei Hyperici libr. iβ.

Ceræ citrinæ libr. iij.

Bo-

Boli armenæ.  
 Minii rubri ana unc. viij.  
 Thuris.  
 Mastiches ana unc. j.  
 Camphoræ unc. β.  
 Ceræ in oleo liquatæ admisceantur reliqua,  
 ut fiat lege artis Emplastrum.

## EMPLASTRUM DIABOTANON.

R. Lithargyri libr. ii.  
 Olei olivarum libr. iv.  
 Coquantur in emplastri consistentiam, ad-  
 fundendo durante coctione intervallatim mo-  
 dicam aceti quantitatem; sub finem immiscean-  
 tur extracta sequentia aliquantulum liquata.

Extracti Herbæ Cicutæ.  
 Chelidonii majoris ana  
 unc. ii.

Elaterii unc. j.  
 Radicis Enulæ.  
 Valerianæ ana unc. β.

Coquantur adhuc per aliquot momenta,  
 tandem sequentia admisceantur insimul prius  
 liquata, & colata:

Ceræ flavæ.  
 Picis nigræ.

K 5

Te-

Terebinthinæ ana libr.  $\beta.$

Styracis liquidæ unc. iij.

Demum massæ parumper refrigeratæ uniantur

Pulveris Gummi ammoniaci.

Galbani ana unc. iij.

Olibani unc. ij.

Masticæ.

Tacamahacæ ana unc. j.

Baccarum Lauri.

Radicis Ireos.

Hellebori nigri.

Seminum Cumini ana dr. vj.

Olei Laterum unc. iij.

Camphoræ in oleo solutæ unc.  $\beta.$

Omnibus optime permistis fiat Emplastrum.

## EMPLASTRUM DIACHYLON

CUM GUMMI sive COMPOSITUM.

$\beta.$  Emplastri Diachyli simplicis libr. jj.

Gummi Galbani.

Ammoniaci ana unc. j.

Opopanaxis.

Sagapeni ana unc.  $\beta.$

Pulveris Radicis Ireos florentinæ unc. j.

Re-

Resinæ Pini.

Ceræ ana unc. ij.

Terebinthinæ.

Olei Chamomillæ infusi ana unc. j.

Gummi solvantur in sufficiente quantitate aceti; colata solutio coquatur ad mellis spifioris consistentiam, & cum terebinthina in leni calore uniatur. Deinde simul fundantur resina, cera, & oleum; atque in hisce colatis, solvatur Emplastrum; tandem sub continua agitacione immisceatur gummi cum terebinthina solutio, demum addatur Ireos pulvis, ut his omnibus unitis fiat Emplastrum.

## EMPLASTRUM DIACHYLON

### SIMPLEX.

℞. Mucilaginis Seminis Fœnugræci.

Lini.

Radicis Althææ ana libr. j.

Olei olivarum libr. iij.

Lithargyri libr. iij.

Coquantur omnia leni calore, continuata agitacione, usque ad humidi consumptionem in justæ consistentiæ Emplastrum.

EM-

## EMPLASTRUM DIAPALMÆ

*Idem est ac*

## DIACHYLON SIMPLEX.

## EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS.

℞. Olei Olivarum libr. j.

Succi Herbæ Solani libr. β.

Coquantur ad consumtionem humidi.

In oleo hocce colato solve

Ceræ citrinæ libr. ij.

Admisce tandem

Pulveris Nihili albi aut florum Zincī.

Cerussæ albæ ana unc. j.

Plumbi usci unc. iij.

Olibani unc. iβ.

Ut fiat Emplastrum.

## EMPLASTRUM FILII ZACHARIAE

*a vulgo sepe expetitum sub titulo*

## EMPLASTRI DE SPERMATE CETI.

℞. Ceræ albæ.

Sebi Cervini.

Adipis Anserinæ ana libr. j.

Om-

Omnia simul liquando fiat Emplastrum eo,  
quo Emplastrum citrinum paratur, modo.

Si in singulis unciis hujus Emplastri dissol-  
veris

Spermatis Ceti dr. ii.

Hisque admiscueris

Pulveris Gummi Galbani dr. j.

habebis

EMPLASTRUM SPERMATIS CETI

proprie dictum.

EMPLASTRUM AD FONTICULOS

RUBRUM.

B. Ceræ flavæ unc. vij.

Sebi Cervini unc. ii.

Terebinthinæ.

Olei Liliorum alborum ana unc. iij.

Minii unc. iv.

Colliquatis super igne intingantur sub con-  
tinua commotione linteæ, quæ frigefacta pi-  
stillo vitro poliantur, & in frusta quadrata  
scissa serventur usui.

EM-

## EMPLASTRUM DE GALBANO

CROCATUM.

**g.** Gummi Galbani in aceto dissoluti, & rur-  
sus inspissati unc. vj.

Emplastri Diachyli simplicis.

De Meliloto ana unc. iij.

Ceræ citrinæ unc. ij.

Terebinthinæ unc. j.

Croci pulverati dr. vj.

Ad ignem lenem liquatis atque unitis ad-  
misceatur croci pulvis, ut fiat lege artis Em-  
plastrum.

## EMPLASTRUM DE LABDANO.

**g.** Ceræ flavæ libr. iβ.

Olei Olivarum libr. β.

Terebinthinæ unc. iij.

Solutis &amp; colatis admisce

Pulveris Labdani unc. iij.

Tacamahacæ

Masticæ ana unc. iβ.

Nucis Moschatæ dr. vj.

Balsami Peruviani dr. iij.

Olei destillati Menthæ.

Cumini ana dr. iβ.

Ca-

Caryophyllorum dr. β.

Ut fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM MALACTICUM.

R. Ceræ citrinæ libr. j.

Terebinthinæ unc. v.

Sebi Cervini.

Resinæ Pini ana unc. iv.

Gummi Ammoniaci.

Galbani.

Pulveris Radicis Althææ.

Curcumæ.

Seminis Fœnugræci.

Lini ana unc. ij.

Fabæ.

Lupini ana unc. iβ.

Cera, sebo, & resina liquatis immisceantur gummi in aceto soluta, inspissata, & cum terebinthina liquata; tandem pulveres addantur, ut fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM DE MELIOTO.

R. Herbæ Meliloti unc. viij.

Majoranæ.

Absinthii.

Florum Chamomillæ vulgaris.

Se-

Seminis Foenugraeci.

Baccarum Lauri.

Radicis Althææ ana unc.  $\beta$ .

Ireos florentinæ.

Seminum Apii.

Cardamomi minoris ana dr. ij $\beta$ .

Styracis calamitæ unc.  $\beta$ .

Gummi Ammoniaci dr. x.

Bdellii dr. vij.

Terebinthinæ.

Sebi Hircini.

Resinæ Pini ana unc. iij.

Ceræ libr. j.

Olei Chamomillæ infusi unc. vj.

Cera, Resina, Sebum, & Oleum liquefiant leni calore; colatis admisceantur Gummi Ammoniacum, & Bdellium in aceto soluta, inspissata, & cum Terebinthina unita; his parumper refrigeratis addantur sub continua agitatione reliqua in subtilem pulvrem tusa, ut fiat Emplastrum.

### EMPLASTRUM MERCURIALE.

B. Emplastri Diachyli simplicis libr. j.

Mercurii vivi terebinthina extincti unc. ij.

Bene misce pro Emplastro.

EM-

EMPLASTRUM DE MINIO.

- R. Olei Olivarum unc. iv.  
Ceræ citrinæ libr. j.  
Terebinthinæ unc. ii.  
Fluant leni igne, & admisceantur  
Minii libr. ii.  
Ut fiat Emplastrum rubrum.

EMPLASTRUM NORICUM.

- R. Olei Olivarum libr. iii.  
Minii libr. i $\beta$ .  
Aceti unc. ix.  
Coquantur ad justam Emplastri fuscescen-  
tis consistentiam, in quo solve  
Ceræ citrinæ unc. iii.  
Semirefrigerato admisce  
Camphoræ cum Oleo amygdalino liqua-  
tæ unc. i $\beta$ .  
Et serva.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

- R. Ceræ flavæ.  
Resinæ Pini.  
Colophoniæ ana libr. j.  
Terebinthinæ unc. vi.

L

Croci.

Croci.

Gummi Galbani.

Ammoniaci.

Myrrhæ.

Olibani.

Masticæ ana unc. iv.

Cera, Resina, & Colophonia simul liquentur, & colentur, quibus semirefrigeratis Galbanum, & Ammoniacum in acetō soluta, ad consistentiam extracti cocta, & cum terebinthina commixta, tandem reliqua in subtilissimum pulverem redacta, ultimo Crocus Spiritu Vini irroratus jungantur, ut fiat Emplastrum.

### EMPLASTRUM DE RANIS

CUM MERCURIO

idem est ac

### EMPLASTRUM MERCURIALE.

### EMPLASTRUM AD RUPTURAS.

R. Resinæ Pini libr.  $\frac{ij}{j}$ .

Terebinthinæ libr. j.

Ceræ citrinæ libr.  $\beta$ .

Olei infusi Chamomillæ unc. iii.

Sol-

Solvantur simul igne leni, dein admisceantur

Pulveris Radicis Barbæ caprinæ  
Consolidæ majoris.

Lapidis Hæmatitæ ana unc. iiij.

Sanguinis Draconis

Masticæ

Olibani ana unc. j.

Ut fiat Emplastrum.

### EMPLASTRUM SAPONATUM.

Olei Olivarum libr. ii.

Minii unc. xvij.

Coquantur, per vices instillando paucam  
aceti portionem, ad justam Emplastri albidi con-  
fistentiam, cui adhuc calenti admisce

Saponis albi rasi unc. viij.

Agitentur strenue calore leni ad saponis  
perfectam cum Emplastro unionem, tandem se-  
mirefrigeratis admisce

Camphoræ unc. j.

Et serva.

L a

EM.

## EMPLASTRUM STOMACHICUM.

v i d e

Falsariae Raphaei sibi ipsius scribuntur

## EMPLASTRUM DE LABDANO

cum quo idem est.

## EMPLASTRUM DE TACAMAHACA

i d e m a c

## EMPLASTRUM STOMACHICUM.

## EMPLASTRUM VESICATORIUM.

R. Ceræ libr. β.  
 Olei Olivarum  
 Terebinthinæ ana unc. ii.  
 Liquatis ac paululum refrigeratis admisce  
 Pulveris Cantharidum unc. iv.  
 Mastiches unc. iβ.

Tandem  
 Camphoræ cum aliquot guttis Spiritus  
 Vini in pulverem tritæ unc. β.

Et fiat Emplastrum.

## EMULSIO LAXATIVA.

R. Amygdalarum dulcium recenter excor-  
 ticatarum  
 Seminum Melonum ana dr. iii.

Cum.

Aqua

Aquæ destillatæ simplicis libr. β.

Fiat emulsio, in qua frigida dissolvantur in  
mortario marmoreo

Mannæ Calabrinæ electæ unc. ij.

Dein coletur & addatur.

Aquæ Cinnamomi simplicis dr. j.

Exhibeaturque pro una dosi.

### ESSENTIA ABSINTHII

#### COMPOSITA.

**B.** Herbæ Absinthii unc. v.

Cardui benedicti.

Centaurii minoris.

Trifolii fibrina ana unc. iiij.

Corticum Aurantiorum unc. iv.

Radicis Calami aromatici.

Gentianæ.

Zedoariæ ana unc. j.

Macis

Cinnamomi ana unc. β.

Conscissis, & permixtis affundantur Spiritus Vini libræ duodecim. Stent in digestione, donec extrahatur essentia, quæ post fortè expressionem filtretur.

## ESSENTIA AMBRÆ LIQUIDA.

R. Spiritus Melissæ Carmelitarum unc. iv.

Liquoris anodynæ unc. iiij.

Ambræ griseæ dr. j.

Moschi scrup. β.

Infusa stent in digestione, donec proba es-  
sentiæ extractio facta fuerit, quæ filtretur,  
& servetur.

## ESSENTIA ANISI STELLATI.

R. Anisi stellati unc. iiij.

Spiritus Nitri dulcis libr. j.

Digere, & Spiritum bene tinctum serva.

## ESSENTIA ANODYNA,

*f e u*

## LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI.

R. Aquæ Cinnamomi vinosæ libr. j.

Opii depurati unc. ij.

Croci unc. j.

Infundantur simul ac digerantur in balneo  
arenæ per duos vel tres dies, donec opium  
solutum, ac liquor saturate tinctus fuerit, qui  
tum filtretur, & servetur.

ES-

ESSENTIA AURANTIORUM COR-  
TICUM.

¶. Corticum Aurantiorum unc. jj.  
Conscissis minutim adfunde  
Spiritus Vini libr. j.  
Digerantur ad perfectam Essentiæ extra-  
ctionem.

*Eodem modo parantur*

ESSENTIA CINNAMOMI.

CORTICUM CITRI.

MACIS.

RADICIS CONTRAJERVÆ.

ENULÆ.

GENTIANÆ.

SERPENTARIÆ VIR-  
GINIANÆ.

ESSENTIA CARMINATIVA.

¶. Radicis Zedoariæ unc. j.  
Galangæ  
Calami aromatici ana unc. β.  
Corticum Aurantiorum.  
Citri ana dr. jj.

Seminum Carvi.  
 Florum Chamomillæ romanæ.  
 Baccarum Lauri.  
 Caryophyllorum ana dr. i*β*.  
 Macis dr. j.  
 Conscissis, contusis, & mistis adfunde  
 Spiritus Anisi libr. i*β*.  
 Nitri dulcis libr. β.  
 Et extrahatur Essentia, quæ filtrata ser-  
 vetur.

### ESSENTIA CASTOREI.

g. Castorei unc. i*j*.  
 Salis Tartari dr. i*ij*.  
 Castoreo minutim inciso, & sale Tartari  
 permixto adfundatur  
 Spiritus Vini libr. j.  
 Digerantur per octiduum, & filtreſur Es-  
 sentia.

### ESSENTIA CATECHU.

g. Catechu seu Terræ Japonicæ unc. i*ij*.  
 Spiritus Vini libr. j.  
 Stent in leni digestione, donec liquor fa-  
 turate tinctus sit, qui filtratus servetur.

ES-

## ESSENTIA CORTICIS PERUVIANI.

R. Pulveris Corticis peruviani unc. iv.

Extrahatur cum Spiritus Vini rectificati libris duabus, digerendo sufficienter, Essentia.

## ESSENTIA CROCI.

R. Croci unc. i<sup>β</sup>.

Spiritus Vini libr. j.

Digerantur, ut extrahatur Essentia.

## ESSENTIA LIGNORUM.

R. Ligni sancti.

Sassafras ana unc. i<sup>β</sup>.

Santalii rubri.

Citrini.

Radicis Chinæ nodosæ ana unc. j.

Spiritus Vini libr. ij.

Digere, donec spiritus saturate ruber evaserit, dein filtra, & serva.

## ESSENTIA MYRRHÆ.

R. Myrrhæ unc. iv.

Pulverata irroretur liquore salis Tartari in pultem, exsiccatur denuo, & adfundantur

1 Spiritus Vini libr. ij.  
Digestione ad perfectam Spiritus saturatio-  
nem peracta, filtretur, & servetur Essentia.

*Eodem modo paratur*

### ESSENTIA SUCCINI.

### ESSENTIA TRIFOLII FIBRIND

2. Herbae Trifolii fibrini unc. iij.  
Conscissæ superaffundatur  
Spiritus Vini rectificati libr. j.  
Stent in digestione, donec Essentia fuerit  
extracta, quæ post fortè expressionem fil-  
tretur.

### ESSENTIA sive BALSAMUM

#### VITÆ HOFFMANNI.

3. Olei destillati Lavandulæ.  
Majoranae.  
Citri ana scrup. j.  
Caryophyllorum.  
Macis. viij.  
Rutæ.  
Succini rectificati ana scrup. β.  
Cinnamomi gtt. v.

Bal-

Balsami Peruviani dr. β.

Spiritus aromatici libr. j.

Stent in digestione per aliquot dies, demum Essentia bene saturata filtretur, & servetur.

### EXTRACTA COMPOSITA.

#### EXTRACTUM AMARICANS.

℞. Radicis & Herbæ Cichorei.

Herbæ Chamædryos.

Trifolii fibrini.

Cardui benedicti.

Florum Centaurii minoris.

Rhabarbari electi ana libr. β.

Salis Tartari unc. β.

Conscissa coquantur in sufficienti quantitate aquæ communis, decoctum colatum inspissetur in consistentiam extracti, addendo in fine conservationis gratia aliquot uncias spiritus vini.

#### EXTRACTUM CATHOLICUM.

℞. Colocynthidum unc. iij.

Agarici albi.

Scammonii.

Radicis Hellebori nigri ana unc. ij.

Aloes

Aloes succotrinæ unc. iv.

Contusis adfundatur sufficiens quantitas spiritus vini, digerantur loco calido per unum alterumve diem, dein coletur infusum cum forti expressione, reliquum excoquatur cum dupla portione aquæ communis, colatum decoctum cum Tinctura spirituosa commisceatur, spiritus inde in Balneo arenæ abstrahatur, in alios usus servandus; liquor vero remanens inspissetur in Extracti solidioris consistentiam.

### EXTRACTUM PANCHY MAGOGUM.

*P.* Aloes succotrinæ lib. β.

Foliorum sennæ unc. iv.

Colocynthidum.

Agarici albi ana unc. ij.

Rhabarbari electi.

Seminum Ebuli ana unc. iβ.

Radicis Turbith.

Hellebori nigri ana unc. j.

Contusis adfundatur spiritus vini sufficiens quantitas, & peracta digestione procedatur de reliquo, ut in præparatione Extracti catholici.

EX-

EXTRACTA SIMPLICIA.

EXTRACTUM ABSINTHII VUL-  
GARIS.

R. Herbæ Absinthii recentis una cum floribus  
q. pl.

Incisæ adfunde aquæ communis octuplum,  
abstrahē in Balneo arenæ medietatem aquæ,  
quam pro *Aqua destillata* serva; residuum li-  
quidum coletur, & Balnei mariæ calore ad  
eam usque consistentiam vaporet, donec mas-  
sa inspissata manui calens imposita eidem non  
adhæreat.

Eadem norma parantur

EXTRACTUM SUMMITATUM CENTAURII MI-  
NORIS.

HERBÆ FLAMMULÆ JOVIS.

GRATIOLÆ.

HERBÆ ET FLORUM PULSA-  
TILLÆ NIGRICANTIS.

EXTRACTUM ACONITI NAPELLI.

R. Herbæ Napelli recentis q. s.

Cno-

Contundatur in mortario lapideo, & exprimitur inde succus, qui leni calore absque depuratione, &, dum spissescere incipit, sub agitatione continua dederatur evaporando in justam consistentiam Extracti.

*Hoc modo fiunt*

**EXTRACTUM HERBÆ CHELIDONII MAJORIS.**

CICUTÆ.

COCHLEARIAE.

FUMARIAE.

HYOSCYAMI.

NICOTIANÆ.

STRAMONII.

**EXTRACTUM ALOES AQUOSUM**

*five*

**ALOE LOTA.**

B. Aloes succotrinæ q. pl.

In pulverem redacta solvatur ebulliendo in sufficienti quantitate aquæ communis; solutio coletur, & calore leni inspissetur in Extracti solidioris consistentiam.

*Ita*

*Ita parantur*

**EXTRACTUM MYRRHÆ.**

**OPII.**

**EXTRACTUM CARDUI BENEDICTI.**

*R. Herbæ Cardui benedicti q. pl.*

Coque in sufficienti quantitate aquæ communis ; decoctum colatum vaporet moderato calore ad debitam Extracti consistentiam.

*Hac Methodo fiunt*

**EXTRACTUM HERBÆ CICHOREI.**

**TRIFOLII FIBRINI.**

**RADICIS GENTIANÆ.**

**HELLEBORI NIGRI.**

**LQUIRITIÆ.**

**TORMENTILLÆ.**

**EXTRACTUM CORTICIS**

**PERUVIANI.**

*R. Corticis Peruviani ruditer tusi q. pl.*

Excoquatur iteratis vicibus in sufficiente quantitate aquæ communis, donec omnes e cortice partes solubiles extractæ fuerint, co-

la-

laturæ commixtæ inspiffentur leni calore in debitam Extracti formam.

*Pari modo fit*

### EXTRACTUM RHEI.

### EXTRACTUM CROCI.

*E. Croci q. pl.*

Adfunde Spiritus Vini ordinarii quantitatem sufficientem, & calore digestorio extrahe Tincturam, quam cola, & serva. Croco reflanti novus adfundatur Vini Spiritus, ac procedatur ut supra; qui labor eousque reiterandus, donec spiritus non amplius tingatur. Extractiones demum omnes commisceantur, & inde in Balneo arenæ duæ tertiae abstrahantur partes. Liquor vero residuuus in Balneo mariæ ad Extracti formam inspiffetur.

*Eadem ratione fiunt*

### EXTRACTUM RADICIS ANGELICÆ.

ENULÆ.

VALERIANÆ.

Simili quoque modo parari solet.

(\*) Ex-

(\*) EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI  
RESINOSUM dictum.

EXTRACTUM ELATERII.

℞. Fructuum maturescentium Cucumeris asini-  
ni q. v.

In mortario lapideo conquassatis adfunde  
quantitatem sufficientem aquæ fervidæ , mace-  
rentur per horas duodecim ; liquor dein forti-  
ter expressus evaporet leni calore ad consi-  
stentiam Extracti.

EXTRACTUM MARTIS

CUM SUCCO POMORUM.

Tinctura Martis cum succo pomorum para-  
ta evaporet ante Spiritus Vini additionem in  
debitam Extracti consistentiam , & servetur.

FEL TAURI INSPISSATUM.

℞. Fellis Tauri recentis q. pl.

Vaporet in concha vitrea in Balneo arenæ  
ad Extracti solidioris consistentiam.

FLORES BENZOINI.

℞. Benzoes in frustula minora comminutæ q. pl.

M

Im-